



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

4. S. P. Dominicus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

invocant, & invitant pios, & sanctos  
Cœlites. His ductoribus errabimus  
nunquam.

Dies Solemnis Magni Patriarchæ, & Fundatoris Ordinis celeberrimi Prædicatorum Sanctissimi Patris Dominici.

EXHORTATIUNCULA I.

Mirum quantum ab ipsis incunabulis pietatem, pœnitentiam, & temperantiam coluit S. Dominicus, quibus & Deus jam in prima ætate multa addidit prodigia. Non Deo acceptius sacrificium, quam si vitæ primitiæ ei impendantur ex integro. Nos cujus nostras consecravimus? Vel adhuc consecramus? Aut in quo vitæ nostræ consumuntur cursus? Væ tempori, quô non amavimus Deum!

*Instructio meritoria.*

Quia fortè recordati non sumus hancenüs delictorum juventutis nostræ, nescimusque, an in primo rationis usu actum fidei, & Amoris in Deum elicerimus? Id pro majori securitate hodie

T 6                   præ-

444 IV. Augusti. S. Dominici.

præstemus. Ad S. Tribunal dolentis  
nos accusemus de fragilitate primæ ado-  
lescentiæ; Ad Menſam autem Dominis  
toti diffluamus in actibus charitatis.  
Compensabitur hac pietate negligencia  
prima. In satisfactionem illius psalmi  
graduales persolvamus.

II.

**S**ancti Patris Dominici tantus fuit  
animas amor, & commiseratio, ut  
non modò pro Christianis, sed & in  
delibus ac æternum damnatis copiose  
lacrymas, & sanguinem funderet sed  
quotidianâ trinâ flagrorum disciplina.  
Quid nos agimus? Fili dilekte! Cur non  
& ad Deum clamamus: *Domine Iesu*  
*da mihi animas! fitio.* Vel unam  
crari est sibi foenerari & aliis cœlum.

*Instructio meritoria.*

Quot animæ non sunt in periculo  
damnationis perpetuæ? Fili! Jesum di-  
ligimus? Fratres hujus sumus omnes.  
Ergo periclitantibus succurramus, & quo-  
tidie pro eorum salute, pœnitentiâ, &  
conversione unam, eamque extraordi-  
nariam visitationem instituamus, ad-  
dendo



dendō in fine *septem Pater & Ave cum psalmo Miserere.* Sic tessera nostra S. Pauli charitas. *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facherem salvos.* I. Cor. 9.

## III.

**S**CATHARINA SENENSIS videt in raptu S. Patrem Coelestem, & in hujus Corde quiescentem Jesum & S. Dominicum sub hac voce: *O filia! vides in corde meo hinc JESUM, inde DOMINICUM.* Sed unde tanta D. Dominico gratia? A zelo Divini Honoris. Cor Patris aeterni apertum est! Fili! ibi nos expectat Jesus. Quando intrabimus? Defendamus Deum verbō, & exemplō; Plus tamen exemplō: Et requiescemos in pace.

*Instructio meritoria.*

Occasio promovendi honorem Divinum non deest. Sumus quotidiē inter homines. O si modesti in oculis! Si cauti in colloquiis! Si graves in moribus! Si circumspecti, & attenti in sensibus singulis! Quantum inde cresceret amor erga virtutem, & fervor erga Deum, & ea, quae Dei sunt. Taliter si non vivamus? Quid mirum, si vitia amen-

T 7 tur,

446 V. Augusti. B. V. M. ad Nives.

cur, si scandala multiplicentur, si gratiae, & virtutes abjiciantur, & vilipedantur. Ecce! Quot, & qualia damnata ex vita minus Christiana? Ut vero Deus in hoc Sacratissimo magni Dominic Ordine, tanquam in sua electa vinea losos indies excitet operarios, contra omnia mundi vitia & scelera, recitemus *Litanias de omnibus Sanctis*. Lucrum animarum grande Dei donum est. Non datur nisi desursum.

Festivitas Beatissimæ, ac Intermeratæ Matris Castissimæ Virginis Mariæ ad Nives.

EXHORTATIUNCULA I.

**F**estum hoc, festum castarum metuum est. Cecidit nix hodie, dum calor, & aestus maximus. Sic ordinavit Maria. Ardeat cupido, inflammet carnis prurigo! Non timeat puritatem candor, si nobis in amore Mater pulchrae dilectionis. Servavit haec tot Virgines in carne: Servabit & nos, si constantes fuerimus in cultu, & devotione Mariæ. Casta non deseret castos.

